



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio decimaquarta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Lib. III. Distinctio. X I I I .

à superiori. In perfectione, quia in capite vident oinnes sensus, & exterioris, & interioris; in ceteris autem membris est solus tactus. In virtute vero, quia virtus & motus ceterorum membrorum, & gubernatio eorum in suis actibus est à capite, propter vim cognitiam, & motum ibi dominantem.

* Hoc supposito patet ϕ Christo secundum q̄ homo est, cōpetit ratio capitis, quantum ad eius omnes conditiones, quia illud quod est eiusdem naturae cū membris ecclesiae, excedit tamē ordine, perfectione, & virtute, habet rationē capitis: sed Christus secundum q̄ homo, est huiusmodi: ergo Christus secundum q̄ homo, est caput ecclesiae. Maior patet ex dīctis. Minor declaratur, quia Christus secundum q̄ homo, est unius naturae cum hominibus qui sunt membris ecclesiae, excedit autem in ordine, quia gratia eius altior est, & prior dignitate, et si non tempore, quia omnes alii accepterunt gratiam, per respectum ad gloriam ipsius, secundum illud Roma. 8. Quos praeceps & praedestinavit conformes fieri imagini filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Excedit etiam in perfectione, quia ipse habet plenitudinem gratiarum, que in aliis sunt diuisa secundum illud Ioan. i. Vidimus eum plenum gratiae & veritatis: habet etiam virtutem influendi sensum, & motum spiritualium membris ecclesiae, secundum illud Ioan. i. De plenitudine eius accepimus omnes. Et sic patet quod Christo, secundum quod homo est, competit est caput Ecclesiae, secundum omnes conditions capitis, ipsi autem secundum quod Deus est, non competit ratio capitis, quae est ratio conuenientiae naturalis cum membris: sed ceterae conditions conuenient excellentius Christo secundum quod Deus est, quam secundum quod homo, quia est eminentior dignitate, completior in perfectione, virtuosior in influentia seu operatione, & sic patet primum.

7 Quantum ad secundum, scilicet an sit caput non solum hominum, sed etiam angelorum. Scindendum est q̄ Christus secundum neutram naturam est caput angelorum quantum ad rationē naturalis conuenientiae, quam debet habere caput cū membris, sed quantū ad alias tres conditions potest dici caput angelorum & hominū. Cuius ratio est, quia vbi est vnū corpus, necesse est ponere vnum caput, sed multitudine angelorum & hominum pertinet ad vnum corpus mysticē loquēdo, ergo habet vnum caput: hoc autem est Christus, ergo &c. Maior patet. Minor probatur, quia omnis multitudine ordinata ad vnum finem secundum distinctos actus & officia potest dici vnum corpus, prout vnum mysticē de corpore loquimur, sed multitudine angelorum & hominū ordinatur ad vnum finem, qui est gloria diuinæ fructus, ergo tam homines quam angelī pertinent ad vnum corpus ecclesiae mysticum, que comprehendet militante per fidem, & triumphantem, seu regnante per speciem: cuius multitudinis caput Christus est, nō solum secundum q̄ Deus, sed secundum quod homo, quia dona gratiae participat eminentius, & perfectius etiā q̄ angelī: habet etiam influere eis diuinā illuminationes ut dicit Dion. 7. cap. colef. Hierar. & ideo Christus secundum q̄ homo, nō solum est caput hominū, sed etiā angelorum. Et hoc expresse dicit Apost. Col. 2. loquens de Christo, qui est caput omnis principatus. Et eadem est ratio de omnibus ordinibus angelicis.

8 Quādis autem Christus sit caput angelorum & hominum, non tamen æquāliter omnī: quidā enim vniuersitati sibi actualiter per gloriā, alii per fidem & gratiam, alii per solam fidem: alii vero solum in potentia quandoq; ad actum reducenda, alii vero in potentia, que nunquā rediūetur ad actum. Et quia primus modus perfectior est quā secundus, & secundus q̄ tertius, & sic de ceteris vñq; ad ultimū: ideo Christus primo & principalius dicitur caput illorum, qui sibi primo modo vniuntur, deinde secundario illorum qui secundo modo vniuntur sibi, & sic de ceteris: qui autem ei nullo modo vniuntur, neque actu, neq; potentia, ut infideles damnati totaliter definit esse membra Christi, quia iam nō sunt in potentia, ut Christo vniuantur, & sic patet secundum.

9 Quantum ad tertium dicendum est quod eadem gratia per scientiam fuit in Christo ad perfectionem personalem, & ad influendum membris ecclesiae, sicut caput ha-

Quæstio I.

bet membris influere. Cuius ratio est, quia perfecti est agere, & id quod est ageri ratio perfectionis in se, est sibi ratio agenti in alia (scitur idem est calor, quo ignis est calidus, & quo calefacit alia) Sed gratia personalis in Christo est, quia Christus in se perfectus est: gratia vero capitatis est illa qua insuit ceteris, ergo eadē est gratia personalis, & gratia capitis, & sic patet tertium. De gratia autē vniuersitatis dictum fuit prius quod non est aliud, nisi vno naturalium in Christo gratuité à Deo facta, nullis precedentibus meritis.

10 Ad primum argumentū dicendum est q̄ in metaphorice locutionibus nō oportet attendi similitudinem quantum ad omnia. Sic enim non est similitudo, sed veritas, capitis ergo naturalis non est aliud caput, quia corpus humanum non est pars alterius corporis, sed corpus similitudinariē dictum, id est, aliqua multitudo ordinata potest est pars alterius multitudinis, sicut multitudo domesticā pars multitudinis ciuilis. Et ideo paterfamilias, qui est caput multitudinis domesticā, habet supra se aliud caput, scilicet rectorem ciuitatis, & hoc modo nihil prohibet quod Christus secundum quod homo habeat supra se aliud caput, scilicet deum, quanvis ipse sit caput Ecclesiae, quia sicut Christus secundum quod homo habet membris influere, sic secundum quod homo recepit insuitam à Deo.

11 Ad secundum dicendum est q̄ dare gratiam, aut sp̄ ritum sancti conuenit Christo, secundum q̄ deus est per autoritatem, sed per meritum & ministerium competit Christo secundum quod homo est. Augustinus autem negat Christum secundum quod homo est, dare spiritum sanctum per autoritatem non autem per meritum & ministerium.

Sententia huius distinctionis. X I I I .

in generali & speciali.

Hic queri opus est. Superioris determinatur Magister de plenitudine perfectionis Christi, quācum ad gloriam. Hic vero comparat perfectionem quā habet secundum q̄ homo ad perfectionem dei. Et dividitur in duas. Primo comparat animam Christi ad perfectionem Dei quantum ad scientiam. Secundo quantum ad potentiam ibi. Si vero queritur. Prima in duas. Primo mouet questionem. Secundo determinat eam secundum alios, ibi. Quibusdam placet. Tertio ponit propriā determinationem, & rationes aliorū solvit ibi. Quidam respondentes. Tertia pars principalis ibi. Si vero queratur, dividitur in duas. Primo determinat veritatem. Secundo obicit in contrarium, & solvit ibi. Sed si anima illa nō habet. Hæc est diuisio &c.

2 IN speciali sic procedit. Et primo querit vtrū Christus habuerit sapientiam æqualem Deo. Et vtrum omnia sciat que scit Deus. Et respondeat secundū quorundam opinionem, q̄ anima Christi nō habuit æqualem scientiam Deo, nescit enim omnia que scit Deus, quia ipsa est creatura, nulla autē creatura equatur suo creatori. Et hoc confirmat auctoritate Casiodori. Si ergo anima Christi non scit omnia que Deus scit, non habet scientiam æqualem Deo. Si enim Christi anima sciret omnia, lequeretur impossibile. Sicut enim Deus scit creare mundum & animas & anima Christi sciret creare mundum, & etiam seipsum. Postea ponit circa hoc opinionē propriam, q̄ anima Christi per sapientiam sibi gratis collatam à verbo cui vniuersita est, intelligit oīa, & scit omnia que scit Deus, sed nō potest omnia que potest Deus, nec scit oīa ita plenē, sicut Deus scit. Et ita non æquatur creatura creatori suo, quia licet æquatur in numero scitorū, non tamen in modo scendi. Quod autē Apost. dicit, Nemo nouit quā dei sunt, non obstat p̄dīctis de numero scitorū. Et arguit ad oppositum exponendo Apost. quod spiritus datus est Christo non ad mensuram: & ideo anima Christi habuit omnem scientiam. Et hoc confirmat auctoritate Fulgentiū. Inducit etiam ad hoc rationem quā talis est, nihil scit aliquis que eius anima ignorat, sed Christus omnia scit (vt concedat omnes) ergo &c. Et quod obicitur q̄ tunc sciret creare mundum, & scriptum, dicitur quod habuit scientiam, sed non potentiam, scit enim quod mundus

GG 4 crea-

Magistri Durandi de

creatus est: scit etiā se esse creaturā, sed nō creandam. Postea querit qualiter anima Christi nō habet potentia alia creandi, sicut omnia sciendi. Et responderet quod naturaliter fuit capax sciendi omnia, nō rater posse omnia. Et subdit qd fortē Deus non potuit ei dare potentia faciendi omnia, licet potuerit ei dare potentia faciendi aliqua que de natura sua facere nō potuerit. Poffea opponit per Ambro. qui dicit qd potentia quā Dei filius naturaliter habet, homo acceptus erat ex tempore. Et responderet quod hoc non dicitur pro eo quod Christus secundum humanā naturā habuit omnipotentia ex tempore, sicut habuit secundum diuinā naturā ab ēterno. Sed quia Filius dei ab ēterno omnipotens futurus erat homo in tempore habens omnipotentia non secundum humanam naturam, sed secundum diuinam. Et in hoc terminatur, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum anima Christi perfectius videat essentiam diuinam, quam quæcunq; alia creatura.

Thos. 3. q. 10. ay. 4.

CIRCA distinctionem itam primum queritur de scientia Christi. Secundum de potentia. Et quia quidam ponunt in Christo triplicem scientiam præter scientiam diuinam, scilicet beatam, infusam, & experimentalē, seu acquisitam, ideo de istis queretur per ordinem. Et primum de scientia beata, de qua queruntur duo. Primum est, vtrum anima Christi perfectius videat diuinam essentiam, quam quæcunq; alia creatura. Secundum est, vtrum anima Christi videat diuinam essentiam cognoscat in ipsa omnia. Ad primum sic proceditur. Et videtur quod anima Christi non videat perfectius Deum, quam angelī beati, quia idem obiectum, & eodem modo representatum perfectius apprehenditur à perfectiore potentia, sed idem est objectum, & eodem modo representatum angelo beato, & anima Christi, scilicet essentia diuina per semetipsam representata. Potentia autem intellectus angeli perfectior est quam potentia intellectus animae Christi: ergo diuina essentia perfectius apprehenditur ab angelo, quam a Christo.

2 Item natura que magis est ad imaginem dei magis capax est majoris beatitudinis, sed natura angelica est perfectius ad imaginē dei, quam anima humana in Christo, vel in quocunq; alio, ergo est capax majoris beatitudinis, ergo angelus vel est, vel esse potest, faltē poster effe beator Christo. Maior pater per Aug. 14. de Trin. qui dicit qd anima eo est ad imaginem dei, quo eius capax est, ergo quod magis est ad imaginē, magis est capax eius. Minor pater, quia imago dei reperitur in sola intellectuali natura, ergo perfectior est in perfectiori, sed natura intellectuali perfectior est in angelo quam in homine, ergo & imago.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia in beatitudine quanto aliquis est superior, tanto perfectius videret Deum, sed Christus est superior in beatitudine omni creatura etiam angelica, ergo perfectius videret deum. Maior de se patet. Minor probatur: dicitur enim Ephe. 1. qd Deus pater constituit Christum in ecclesiis super omnē principatum, potestatem, & virtutem, & dominationē, & omnē nomine quod nominatur non solum in hoc seculo, sed in futuro.

4 RESPONSO. Videnda sunt tria. Primum est, an in Christo fuerit cognitio beata. Secundum est, vtrum fuerit perfectior cognitione existente in quacunq; creatura. Tertium est, vtrum comprehendenter diuinam essentiam.

5 Quādūcum ad primum dicendum est quod rationaliter ponitur in Christo fusse cognitione beata etiam ab instanti sua conceptionis. Primo, quia quānus persona diuina de potentia absolute potuerit assumere creaturam irrationalē non beatificabilem, tamen non decuit, ex quo sic potest argui. Natura quae est assumpta ad supremum esse, debuit elevari ad summum operari sibi possibile, sed natura humana in Christo fuit assumpta ad summū esse, ergo decuit quod elevareret ad summum operari sibi possibile. Sed beatitudine quae consistit in visione diuina essentiae est summa operatio possibilis naturae humanae, ergo &c. Secundo quia sicut dictū fuit prius, dist. 13. qd in Christo fuit plenitudo gratiae intensiū & extensiū, quia

Sancto Porciāno

data fuit gratia ut vniuersali principio, sed sub plenitudi ne extensiū continetur gloria quae est quedā gratia, vel gratiū faciens, vel saltem gratis data, ergo Christus à principio habuit gloriam, sed gloria non est sine visione beata, quare &c. & sic patet primum.

6 Quantum ad secundum sciendum est quod cum visio beata dépendeat ex duobus, scilicet ex potentia intellectu, & ex lumine glorie, non est difficile videre que modo anima Christi videat perfectius deum iū anima ceterorum hominum beatorū, quia cum anima Christi aque tur animabus ceterorum hominum in naturali lumine intellēctu, exceedat autem in lumine glorie, non est in ratione si excedit in claritate visionis essentiā diuinā, p. autē excedar alias animas quoad lumen glorie, pater: qd gratia & gloria sibi inuicem correspōdent, sed Christus habuit tātam plenitudinem gratiae quod nullus purus homo habuit aequalē sicut in precedente distinctione probatum est, ergo habuit tantam plenitudinem glorie quod nullus purus habuit aequalē. Et sic propter excessum luminis glorie & puritatem in lumine naturali facile est vide re quo modo anima Christi excedit omnem animam in videendo Deum.

7 De angelis autem secus est, quia & si anima Christi excedar angelos quoad lumen glorie exceditur tamē ab angelis quoad lumen naturale intellectus, propter qd nō est ita facile videre quo modo anima Christi perfectius videat Deum qd angelī. Inō posset aliquid videri qd angelī perfectius videant ipsum, quia perfectior est viuū secundum perfectiōrem ex cœlum luminis requisitus ad visionē, sed angelī plus excidunt animā Christi quantum ad lucem naturale qd anima Christi excadar angelos quātum ad lumen glorie, quare &c. Maior videtur manifesta, minor probatur, quia maior est excessus secundum speciem qd secundum intentionē in eadem specie, sed angelus excedit anima Christi in lumine naturali secundum speciem, quia alterius speciei videtur esse intellectus angelicus & humanus. Animus autem Christi excedit angelos in lumine glorie secundum intentionē in eadem specie, quia lumen glorie videtur esse vnius speciei in quocunq; beato, quare &c. Et sic posset aliquid videri qd angelī perfectius videant Deū qd anima Christi, & fortiori ratione quia anima cuiuscunq; alterius hominis, hoc igitur est quod facit difficultatem in proposito.

8 Hoc autē non obstante tenēdū est qd anima Christi perfectius videat deum qd quicunq; angelus loquendo de visione beata. Ad cuius declarationē sciendum est qd si cognitio beata in homine & in angelo est alterius & alterius speciei sicut nonnulli credunt de cognitione naturali huius & illius, impossibile est vnam & quārū alterius, quia duas species non possunt esse aequalis gradus. Et fortiori ratione nō est possile cognitione inferioris species pūca homini, excedere cognitionē perfectioris species. f. angelī, nūc autē nō est sic, inō cognitio beata cuius liber creaturæ angelicæ & humanae est vna secundum species. Cuius ratio est quia gratia & gloria, p̄mū & meritū sibi inuicem correspōdent. Gratia autem gratiū faciens est vnius speciei in hominibus & angelis cū sit gratia per quā tam homines qd angelī adoptātiū in filios dei similiter meriti, vt meritū cum sit per gratiā & charitatē informante est in oībus vnius rationis specificē quānus opera meritoria sint diuersarū rationē in generē naturae, ergo cū similiter gloria & visio beata, quae est hominum & angelorū p̄mū, sint vnius rationis in eis, & cum recipiant magis & minus, possibile est lumen glorie & gratia, & visione nem beata adeo intēdi in homine qd excederit vtrunque in quocunq; angelo sicut factū est de Christo propter allumptionem naturae humanae ad diuinum suppōlitum, quae assumptionē non est communicata naturae angelicæ. Nūc quādūcum angelos apprehēdit, sed semen Abrahā, vt dicit Apóst. ad Hebr. 2. cap. Per idem patet quod etiam pūri homines possunt & possunt recipi angelis in beatitudine & aliqui homines aliquos angelos possunt excedere vt dicit beatus Gregorius quod ad singulos ordines angelorum assumuntur aliqui ex hominibus, quod non est intelligendum de aequalitate officiis.

Lib. III. Distinctio. XIV.

te officii ut quidam male exponunt, sed de aequalitate praemij, quia actus & officia ordinum angelorum sunt purgare, illuminare, perficere, custodire, & nucare qui non contineant animabus sanctis post resurrectionem, nec modo comprehendunt eis secundum communem legem, quanvis aliquis ex diuina dispensatione aliquando revelauerint & nucaruerint aliqua viuentibus. Sed privilegia paucorum non faciunt legem communem & ideo aequalitas hominum cum angelis non potest intelligi quoad ista que pertinet ad cognitio[n]em revelationis, sed solum quoad visionem diuinae essentiae. Quia sicut homines possunt parificari angelis in merito ratione gratiae, que est radix meriti, & propter multiplicationem meritorum ex parte hominis, & quia meritis cum homini innititur merito Christi; sic possunt parificari in premio, quod est visio beata, ut plenius habet videri secundo libro, dist. 2, quest. 2.

Ad rationem dubitationis supraposita dicendum est quod maior propositio habet veritatem, quando lumina duo se habent de pari & quemadmodum immediate ad cognitionem, & agens, vel insufflans cognitionem agit vel influit ex necessitate naturae. Tunc enim secundum maiorem excessum lumen est perfectior cognitionis, si potentia non h[ab]etur ab excessu. Nunc est ita quod lumen naturale intellectus, & lumen glorie non se habent quemadmodum immediate ad visionem beatam, quia quanvis utrumque se habeat pasiu[m] ad visionem beatam, tamen non est immediate, quia lumen naturale intellectus est ratio recipiendi remota, lumen vero gloria est dispositio propinquia & immediata. Actus autem recipit variationem per illud quod se habet immediatus ad ipsum. & ideo actus beatitudinis magis variatur secundum variationem lumen glorie, quam secundum variationem lumen naturalis. Item Deus insufflat visionem beatam, non influit eam ex necessitate naturae, sed liberer. Et ideo prout placet, potest eam influere intensius vel remissius non obstante dispositione maiori vel minori huius vel illius lumen, propter quod dato quod lumen glorie requireretur ex necessitate ad visionem beatam, adhuc Deus posset influere perfectiorem visionem homini quam angelo non obstante maiori perfectione lumen naturalis angelici quam humanae.

Q V A N T U M ad tertium dicendum est breuiter, quod anima Christi diuinam vidende essentiam non comprehendit ipsam. Cuius ratio est, quia ubi perfectio obiecti in actuali entitate, excedit perfectionem potentiae in intellectualitate, ibi obiectum non comprehenditur a potentia, sed perfectio diuina essentiae in entitate excedit perfectionem potentiae intellectualis creatae ergo nulla potencia creata potest comprehendere diuinam essentiam. Major patet, quia illud comprehenditur, cuius finis attingitur, vel positiu[m] terminum, vel negatiu[m] remouendo excessum (ita scilicet ut actualitas obiecti non excedat intellectualitate potentiae) minor manifesta est, scilicet quod essentia diuina perfectio sit in entitate, quam potentia quecumque creata in intellectualitate, sicut infinitum perfectius est finito.

A D primum argu. dicendum quod licet potentia intellectualis angelii sit perfectior in naturalibus, quam potentia intellectualis animae Christi, tamen non ad lumen glorie anima Christi perfectior est angelio. Lumen autem glorie secundum vnam opinionem plus facit ad visionem beatam, quam naturalis perfectio potentiae. Et ideo anima Christi ratione majoris lumen gloria potest esse beatior angelio.

Argumentum secundum probat q[uod] angelus potest esse beatior homine quocunq[ue], etiam Christo, & illud non videatur inconveniens. Si enim Deus daret tantum lumen glorie angelio, quantum dedit anima Christi, angelus est beatior anima Christi, qui sequaretur in lumine glorie, & excederet in lumine naturae. Non decuit tamen quod daret angelo tantum lumen, sicut Christo, ne natura non assumptam.

Q V A S T I O S E C U N D A.

Vtrum anima Christi videndo Deum, videat in ipso omnia.

Thes. 3, 9, 10. dr. 2.

A D secundum sic proceditur. Er videtur quod anima Christi videndo Deum, non videat in ipso omnia,

Ques[tion]o II.

237

Quia scientia animae Christi non potest aequari scientiae diuinae, sicut nec anima eius aequari potest essentiae diuinae, sed si anima Christi videns Deum cognoscet omnia in ipso, scientia animae Christi aequatur scientiae diuinae: ergo &c. Maior iam patet. Minor probatur, quia quantitas scientiae attenditur secundum numerum obiectorum. Si ergo anima Christi cognoscet omnia sicut Deus, scientia animae Christi aequatur scientiae diuinae, quod est impossibile.

Item Mat. 20. dicitur quod de die illa, scilicet de die iudicii nemo scit, neque angelus in celo, neque filius, sed tantum pater. Sed constat quod filius secundum diuinam naturam scit omnia, sicut pater: ergo secundum humanam ignorat aliquid quod non ignorat pater.

IN contrarium est quod dicit beatus Greg. 4. Dialo. Ioannes generaliter de omnibus beatis, quid est quod nesciant, qui scientiam omnia scimus. Et super Apoc. 5. ca. dignus est agnus qui occisus est accipere virtutem & deitatem, & sapientiam, dicit globo, id est omnem cognitionem.

R E S P O N S I O. Quodlibet ista solum intelligitur de cognitione beatam, virtutem secundum eam anima Christi videndo Deum cognoscat in ipso omnia. Circa quod intelligendum quod de rebus possumus habere duplē cognitionem, scilicet quid sint, & an sint. Prima est cognitio rei quantum ad quidditatē & essentiam. Secunda est cognitio rei quantum ad actualē existētiā. Dicendum ergo quod anima Christi videndo Deum cognoscit in ipso omnia entia, & possibilia, quantum ad id quod sunt, de nullo tamen cognoscit ex natura talis visionis, an sit, an non. Cuius ratio est ista, intellectus creatus videns clarū diuinam essentiam, videt in ipsa omnia quae per ipsam naturaliter, & ex necessitate repräsentantur, alia vero non, sed essentia diuina naturaliter & ex necessitate repräsentat omnes res entes, & possibiles, quantum ad illud quod sunt. Nō autem quantum ad actualē existētiā (scilicet an sint, an non) ergo omnis intellectus creatus tam Christi quam cuiuscunq[ue] alterius, vidēdo Deum, cognoscit in ipso de omni re ente vel possibili quid sit, non autem an sit. Major patet, quia ex parte repräsentantis non est impedimentum, quum repräsentet naturaliter & ex necessitate, & determinat. Nec ex parte cognoscens, cui sit repräsentatio, quia ex quo potest in essentiam diuinam quae excedit omnia alia, etiam simili sumpta, potest in omnia per ipsam repräsentata. Minor probatur, quod enim repräsentet omnes res entes & possibiles, quantum ad id quod sunt, non est dubium, quia alter Deus qui cognoscit omnia per suam essentiam non cognoscet omnes res.

Quod autem repräsentet eas naturaliter, & ex necessitate probatur sic, diuina essentia repräsentat res creatas, sicut causa repräsentat effectum. Sed diuina essentia est causa secundum potentiam omnium rerum naturaliter & ex necessitate quātum ad id quod sunt, licet non sit actus causa producens nisi liberē. Est enim in potestate diuina libertatis producere qualibet rem, sed non est in libertate diuina nature posse producere quācumq[ue] rem, immo ex naturali perfectione diuinae essentiae, est habere potētiā omnia producendi. Sicut autem causa secundum actum respicit effectum, quod eius existētiā, ita causa secunda dum potentiam respicit effectum secundum essentiam, seu quantum ad id quod est, quia sicut ex parte cause est productuum & producens, ita ex parte effectus est producible, & productum. Quorum primum respicit essentiam ab solute: secundum respicit eam sub actuali esse, sicut ex parte cause productuum respicit potentiam, producens autem respicit actionem: res ergo creabilis, quantum ad id quod sunt necessariō & essentiāliter, repräsentatur ab essentia diuina, vt est productua virtus, sed quantum ad existētiā actualē non, quia dependent ex libera voluntate diuina. Et sic patet minor: sequitur ergo conclusio principalis, scilicet quod intellectus videns diuinam essentiam, videt in ea omnia alia, quantum ad id quod sunt: scit enim de quocunq[ue] ente possibili quid est, vt quid est homo, & quid est asinus: non tamen scit utrum homo vel asinus sint in rerum natura, ex natura talis visionis: nec in hoc intellectus Christi excedit alios intellectus beatos, nisi in limpideitate videndi.

CG 5

6 AD

Magistri Durandi de

* A D primum arg. dicendum q̄ scientia anima Christi non æquatur scientiae diuinae, per hoc q̄ videt omnia quantum ad id quod sunt, neq; quantum ad numerū scitorum, neq; quantum ad claritatē cognitionis, nō quantum ad numerū scitorum, qui Deus non solum scit de rebus quid sint secundum naturam speciei & quidditatē, sed scit de vnaquaq; specie rei quot in dividua sunt acta, liter, vel erit pro quaenq; differentia temporis, quia cognoscit essentiā suam non solum ut est potens producere, sed ut est actu volens producere hoc vel illud: numerus autē individuorum excedit numerū quidditatuum secundum speciem. Etiam dato q̄ æquaret secundū numerum scitorum nō tamē simpliciter. Quia quācitas scientia non solum attenditur secundū numerum scitorum, sed etiam secundum claritatē cognitionis. Constat autē quod Deus clarius videt res, quam quicunq; intellectus creatus.

7 Ad secundum arg. dicendum quod illa cognitione de die iudicii quando futura sit, est cognitione an sit, vel quando erit: & talem cognitionē nullus beatus præter Deus habet ex natura visionis diuinæ, ut dictum fuit, nihil omninus quanvis anima Christi hoc modo non habuit cognitionem de die iudicii, habuit tamen per reuelationē, dicitur tamen nescire, quia non fecit nos scire. Interrogatus enim ab Apostolis super hoc Act. 1. noluit eis indicare, sed dixit, non est vestrum nosse tempora, vel momenta, &c. Pater autē dicitur scire, quia hanc cognitionē tradidit filio, non solum secundum diuinā naturam, sed etiā secundū humanam, sicut Chrysostomus argumentat: si enim Christo homini datum est qualiter oporteat eum iudicare, multo magis datum est ei scire, quod est minus, scilicet tempus iudicii.

8 AVTORITAS autem Gregorii adducta pro alia parte, intelligenda est de cognitione rerum quātum ad essentiam & non quantum ad existentiam, utrum sint, an non. Et similiter exponenda est glossa Apoc. vel vtrumq; intelligendā est, non solum de cognitione beata, sed de qua cung cognitione diuinitatis infusa, de qua postea queretur.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum præter cognitionem rerum in verbo data fuerit Christo cognitione rerum in proprio genere.

Thos. 3. q. 11. art. 3. & 2. q. 12. art. 1.

D Einde queritur secunda cognitione que ponitur in Christo. Et queritur, vtrum præter cognitionem rerum in verbo fuerit Christo infusa alia cognitione rerum in proprio genere. Et videtur quod non, quia eiusdem secundum idem, ac respectu eiusdem non est nisi vna perfectio, sed Christus secundum partem intellectuam nō habet de eiusdem rebus aliam cognitionem.

2 Item vbi est cognitione perfecta, non indigetur cognitione imperfecta, sed omnis creata cognitione qua habetur de rebus in verbo, ergo vbi est cognitione de eiusdem rebus in verbo, superfluit omnis alia cognitione de eiusdem rebus, sed in Christo est cognitione rerum in verbo, ergo &c.

3 IN contrarium arguitur, quia cognitione rerum in verbo non excludit in angelis cognitionem earum in proprio genere, matutina enim cognitione nō excludit vespertinam, ergo similiter in Christo cognitione rerum in verbo non excludit cognitionem rerum in proprio genere.

4 RESPONSO. Circa questionem istam videntur tria. Primum est, an in Christo sit ponere talem scientiam. Secundum est, ad quae, & quorū se extendit. Tertiū est, vtrum illius scientia, verum fuerit collatius, & per conuersationem ad phantasmatum.

5 QVANTVM ad primum dicendum est q̄ præter cognitionem beatā fuit in Christo cognitione infusa, qua cognovit res in proprio genere. Quod probatur dupliciter, supposito illo quod dictū fuit superius, scilicet q̄ non decuit filium Dei a lumine naturam humanā imperfectā tunc sic, sicut se haber gratia ad voluntatem, scientiam ad intellectum, sed in Christo fuit plenitudo gratiae perficiens voluntate non solum ad actus patris, sed ad actus viæ, ergo in Christo fuit plenitudo scientiarum perficiens eius intellectum, non solum quoad actum patris, quæ est visio beata, sed etiam quo ad actum viæ, quæ est cognitione rerum in proprio genere. Secundo quia dicit Dion. 7. cap. ecclisis

Sancto Porciano

Hierat. Christus secundum q̄ homo docet angelos. Hoc autem non potest intelligi quo ad cognitionem beatam, quia secundum illam quislibet docetur immmediatē Deo videndo diuinā essentiam, & illa quæ representantur per ipsam. Oportet ergo quod intelligatur de alia scientia, per quam cognoscuntur res aliter quam in verbo. Tercium est ergo quod in ipso ab instātū suę conceptionis fuit non solum cognitione beata, sed etiam alia cognitionis infusa, per quam cognovit non solum entia naturalia, sed etiam mysteria diuina, ut statim dicetur.

6 QVANTVM ad secundum dicendum est q̄ scientia hæc extendit se ad cognitionē omnium rerū naturalium, & ad cognitionē omnium mysteriorum diuinorum, & omnium cogitationum & factorum hominū. Quod autem extendat se ad cognitionem omnīū rerum naturalium, & omnium mysteriorum diuinorum patet ex eodem principio, ex quo supra, scilicet quod decuit quod anima Christi est perfectissima. Ex quo sic arguitur, Ens in potentia non est perfectum quoq; reductum sit ad actum, sed anima Christi fuit in potentia naturali ad cognitionem omnīū rerum naturalium, cum hæc sit natura intellectus possibilis: fuit etiā in potentia obedienciali ad cognitionem omnīū mysteriorum diuinorum: ergo cū fuerit perfectissima, oportet quod habuerit cognitionem omnīū naturalium & mysteriorum diuinorum. Quod autē cognovit omnia facta, & cogitata hominū patet, quia cuiuslibet beato præter visionem diuinā reuelat quicquid ad ipsum pertinet, sed ad Christum secundū quod homo est, pertinet iudicare de omnibus hominib⁹ factis, & cogitationibus eorum, ergo Christus habuit cognitionem omnīū hominīū factorum, & cogitationum ipsorum: ipsam tamen diuinam essentiam non videt per talē scientiam, nisi sicut videtur in viatoribus deductione naturali quia visio clara & mīda diuinā essentia est visio beata, de qua dictum fuit supra: hæc autē quæ dicta sunt insinuantur mysticē de Christo Esa. 11. vbi dicitur plenus spiritu sapientia, & intellectus, scientia & consilii. Nam ad sapientiam pertinet cognitione diuinorum ad intellectum principiorum, ad scientiam cognitionis conclusionum, & ad consilium cognitionis agendorum, que omnia perfectissimū fūrunt in Christo, propter quod dicit Apost. Col. 2. quod in Christo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei absconditi: & sic pater secundum.

7 QVANTVM ad tertium de vtrum talis scientia vtrum fuerit collatius, & de conuersione ad phantasmatum. Intelligendum est q̄ duplex est collatio: vna per quā ex nobis inuestigantur ignota, & talis non fuit in Christo, cui omnia nota erant per scientiam infusam. Alia est collatio, per quam ex aliquo actu considerato deducitur aliud non actu consideratum, licet habitualiter estet notum, & hac fuit in Christo, quia non considerauit simili omnia, quorum notitiam habitualē habuit. Et ideo ex uno actu considerato potuit aliud nō actu consideratum collatiū deducere. De conuersione autem ad phantasmatum videtur esse tenendum quod fuerit necessaria ad vsum talis scientiæ. Cuius ratio est, quia perfectio recipitur secundū modum, & capacitatem receptibilis. Hęc autē scientia de qua loquimur, fuit perfectio animæ Christi secundum q̄ erat viator. Conditio autem animæ intellectus pro statu viæ est nihil cognoscere, nisi per conuersationem ad phantasmatum, non solum quod ad res naturales, sed etiā quod ad diuinā mysteria dicente Dionysio, quod impossibile est nobis aliter superlucere radium diuinum, nisi factorum velamīnum varietatē circumuelaū. Propter quod videtur quod ad vsum talis scientiæ requirebatur in Christo conuersio ad phantasmatum. Et ideo vsum talis scientiæ non habuit Christus à principio, licet habuerit habitum.

8 A D primum argumentum dicendum quod maior veritatem habet de perfectionibus eiusdem rationis, non autem de perfectionibus diuersarum rationum, quia eandem rem possumus cognoscere per seipsum & per causam suam: & ha sunt diuersae cognitiones eiusdem potentie respectu eiusdem obiecti. Et eodem modo est de cognitione in verbo: & in proprio genere, quia non sunt eiusdem rationis, sed diuersarum.

9 Ad secundū dicendum est q̄ licet habens cognitionem perfectam non indiget minus perfecta, nō oportet tamen

Lib. III. Distinctio. XIV.

tamen quod minus perfecta superfluat, quia utramque perficit subiectum secundum modum suum, nec una minuit perfectionem alterius, & ideo licet cognitione beata similiter sit perfectior quacunque cognitione alia, eo quod est nobilioris obiecti, tamen alia cognitionis videtur esse in aliis quo perfectior quantum ad cognitionem rerum creatarum, quia per cognitionem beatam non cognoscitur de rebus, an sint, an non. Per aliam autem cognitionem cognoscit Christus de rebus an sint. Et similiter de mysteriis diuinis, de factis & cogitationis hominum, propter quod non superfluit, immo quo ad hoc perfectit, ut supplet id quod non habetur per cognitionem beatam.

QVÆSTIO QVARTA.
Vtrum in Christo fuerit scientia modo humano acquisita.

Thos. 3. q. 9. ar. 4. ad primum.

Poste que ritur vtrum in Christo fuerit aliqua scientia modo humano acquisita. Et videtur quod sic, quia Christus in scientia proficit secundum illud Luc. 2. Iesus proficiebat sapientia, etate, & gratia apud Deum & homines. Et Ambr. dicit quod proficiebat secundum sensum humanum. Sed constat quod non proficiebat quantius ad scientiam beatam, nec quantum ad infusam, quia utramque starum habuit plenissime ab instanti sue conceptionis, ergo proficiebat secundum aliam scientiam modo humano acquisitam.

2 Item perfectio gratiae non excludit perfectionem naturae, sed ad perfectionem naturalem animae pertinet acquirere scientiam per experimentum & doctrinam, ergo scientia beata & infusa quae fuerunt in Christo per gratiam, non excludunt ab eo scientiam modo naturali acquisitam,

3 Ad idem est quod dicitur Heb. 5. quod cum esset filius Dei didicit ex his quae pafus est obedientiam.

4 IN contrarium arguitur, quia si in Christo est alijs scientia modo humano acquisita, ille modus est per doctrinam vel experientiam, non per doctrinam, quia sicut dicitur Ioan. 7. Mirabantur Iudei dicentes, Quomodo literas scit cum non didicerit eas? nec per solam experientiam, quia illa scientia que est per solam experientiam vnius hominis acquisita est valde imperfecta, quod non est ponendum in Christo: ergo nullo modo fuit in Christo scientia modo humano acquisita.

5 R E S P O N S I O . De hac questione sunt duo modi dicendi, non solum a diuersis doctribus, sed ab eodem in diuersis locis. Vnus est quod in Christo fuit scientia humana modo acquisita. Alius est quod in Christo non fuit alia scientia. Et tertius modus potest aliquatenus sustineri, facta tamen alia & alia suppositione.

6 Si enim ponatur quod omnis scientia infusa sit alterius rationis à scientia acquisita tunc potest probabilitas sustineri quod præter scientiam infusam fuit in Christo alia scientia naturali modo acquisita. Quia ex quo sunt diuersarum rationum vna non impedit quin alia possit sumi esse in eodem subiecto, nec aliquid perfectio est afferendum à Christo quod inueniatur in aliis hominibus sicut est acquisitio scientia modo naturali.

7 Si autem scientia infusa & acquisita sint eiusdem rationis maxime eiusdem obiecti tunc tenendus est secundus modus, scilicet quod in Christo non fuit aliqua scientia modo naturali acquisita. Suppositio autem videtur probabilis, quia sicut viuis naturaliter habitus, & per miracula restitutus est vnius rationis sic scientia naturaliter acquisita, & diuinus infusa videtur esse vnius rationis.

8 Quo supposito probatur tripliciter quod in Christo non fuit aliqua scientia acquisita. Primo sic, in eo qui haberiam habitum scientia per ea quae à sensu acquisitur nouus habitus eorum quae prius fecit. Alioquin duæ formæ eiusdem rationis essent simul in eodem subiecto quod est impossibile: vel saltem vna superflueret, sed Christus habuit habitum scientie infusa per quam cognovit quicquid naturaliter est cognoscibile ut dictum fuit prius, ergo per ea quae à sensibus accepit non fuit in eo acquisitus habitus nouus scientie.

9 Secundum probatur idem sic. Sicut inconveniens est quod Christus accepit scientiam ab hominibus per auditum ita inconveniens est quod accepit scientiam per experien-

Quæstio III.

238

tiam ex rebus sensibilibus, sed omnes concedunt communiter quod inconveniens fuit Christum accipere scientiam ab hominibus per auditum, vel doctrinam eo quod ipse fuit datus nobis doctor, ergo inconveniens fuit quod Christus acciperet scientiam ex sensibilibus per experientiam, minor conceditur ab omnibus. Sed maior probatur, quia homo non accipit scientiam ab alio homine, nisi quia proponunt ei voces significantes rerum scibilem, ita quod homo docens non videtur esse nisi obiectum proponens. Et eodem modo res sensibiles se habent ad hominem, quia ex his tanquam obiectis sumit cognitionem per experimentum. Si ergo inconveniens est Christum accipere scientiam ab hominibus, quia in hoc videtur sua perfectio dependere ab hominibus eadem ratione videatur inconveniens Christum accepisse scientiam, à rebus per experientiam, si enim perfectio sua dependet à rebus.

10 Tertio, quia scientia quæ acquiritur per experientiam ex hoc sensibilibus sunt praesentia sensibus, sed sensibus Christi pauca valde sensibilia fuerunt praesentia comparatione eorum quae nunquam sensu percepit, ergo scientia hoc modo acquisita fuisse in Christo valde imperfecta, quod non est dicendum. Et si dicatur quod licet corporalibus sensibus Christi non fuerint omnia corporalia subiecta. Ex his tamen que subiecta fuerint poterint in aliorum notiis deuenire. Cum ex lumine naturali intellectus possit homo procedere ad intelligentium effectus per causas & econtrae. Et modo potuit Christus videndo corpora celestia comprehendere eorum virtutes & effectus quos habent in istis inferioribus licet eius sensibus non subiacerent. Non videtur, quia ex sola visione corporum celestium nulla potest comprehendere virtutem eorum, sed potius experientia effectuum loquendo de naturali cognitione hominis, de qua nesciimus. Et ideo per experientiam habitam in quacunque re non potest haberi scientia de illis rebus, de quibus est experientia, vel de consumilibus secundum speciem. Sic enim ex multis sensibus sit memoria, ex multis memoris experimentis. Ex multis experimentis vniuersale quod est principium artis & scientie, ut dicitur in proposito metaphysica, sic igitur videtur probabilitas in Christo non fuisse aliqua scientia modo humano acquisita.

11 A D rationes in contrarium. Ad primam dicendum quod profectus sive incrementum in scientia potest esse dupliciter. Vno modo quantum ad experientiam habitus, quia efficitur habitus interior, vel quia ad plura se extendit. Et ita modo Christus in scientia non proficit, quia omnia fuisse secundum habitum ab instanti sue conceptionis quod perfecte sicut postea, & sic loquitur Damascenus qui dicit quod qui proficeret dicens Christum sapientia & gratia, vnde dicitur sensus suscipiente non eam, quia est secundum hypostasim, vniione venerantur. Alio modo est profectus in scientia quatuor ad aliquam modum certitudinis. Sicut cum aliquis certus de aliqua conclusione per demonstrationem (puta de edipsi) eam postea sensibiliter intueatur. Per hoc enim noua certitudo additur & praecedens confirmatur. Et hæc vocatur certitudo experimentalis, & quantum ad hoc crevit scientia, inquantum quotidie alia quæ videbat, quæ prius non videbat, licet ea sciret per scientiam sibi infusam. Et de hoc incremento loquitur Evangelista & Ambrosius, vel potest dici profectus in scientia, sicut Magister expone in litera non secundum se, sed quia maior de die in diem ostendebat hominibus, ex quo bus magis manifestabatur sua scientia & gratia.

12 Ad secundum dicendum quod perfectio gratiae que est alterius rationis à perfectione naturae non excludit eam. Sed si per gratiam detur alicui perfectio quam posset acquirere per naturam, tunc ea data familiis non posset acquiriri, ne due forme eiusdem rationis sint similiter eodem subiecto: per id quod dicitur ad Heb. 5. didicit, &c. quia hoc intelligitur solum quoad certitudinem experimentalis.

QVÆSTIO QVINTA.

Vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam.

Thos. 3. q. 13. ar. 1.

C onfidenter queritur, vtrum anima Christi habuerit omnipotentiam. Et videtur quod sic. Marcellus dicit Christus, data est mihi omnis potestas in celo & in terra.

DURA
DIJ

Magistri Durandi de

terra, sed nomine coli & terra omnis creatura intelligitur secundum illud Gen. I. In principio creauit Deus caelum & terram, ergo Christus habuit poteriam super omnem creaturam, sed hoc est omnipotentia: igitur &c.

2 Item anima Christi habuit plenissimam gratiam virtutum & miraculorum, sed hanc habere non potuit, nisi haberit super omnem creaturam, quia omnis mutatio creaturae potest ad gratiam miraculorum pertinere, cum etiam corpora coelestia fuerint aliquando per miraculum a suo ordine transmutata: ergo anima Christi habuit poteriam super omnem creaturam, & sic idem quod prius.

3 Item fuit potentia Dei est infinita, ita & eius scientia: sed scientia respectu omnium est aliquo modo communicata animae Christi: ergo & potentia respectu omnium. Et haec est omnipotentia, ergo &c.

4 IN contrarium arguit quia potentia proportionatur essentiae in qua fundatur, sed essentia animae Christi non potest esse infinita, ergo nec eius potentia, sed sola potentia infinita est omnipotentia, ergo &c.

5 R E S P O N S I O. Præmittendae sunt duas distinctiones necessariae ad propositum. Et secundo eis positis respondet quod questionem.

6 P R I M A distinctione est, qd cum potentia sit principium transmutationis alterum, ut habetur, s. meta. Illud habet omnipotentiam quod habet principium per quod potest transmutare omne aliud a se secundum quodcumque genus transmutationis possibilis: est autem triplex genus transmutationis possibilis in rebus, loquendo de transmutatione largo modo. Una quidem naturalis, quae fit a proprio agente secundum ordinem naturae. Alio est miraculosa, quae fit ab agente supernaturali, super cursum consuetudinari. Tertia est secundum quod omnis creatura producta est de nihilo & veribilis est in nihilo. Illud igitur habet simpliciter omnipotentiam, qd habet in se principium, per quod potest transmutare omnem creaturam. Secunda distinctione est, qd in aliquam transmutationem aliquod agens potest dupliciter. Uno modo per potentiam in ipso formaliter existente. Alio modo non per potentiam in ipso existentem, sed per virtutem alterius ipsi assistente. postfumus enim non solu ea quae possumus per nos, & pervirtutem propriam, sed ea quae possumus per amicos, tanquam per potentiam nobis assistentem.

7 H I S suppositis dicendum est ad questionem, quod si loquamus de potentia animae Christi, qd est in Christo formaliter, & secundum se, sic anima Christi non habuit omnipotentiam, nec haberet potuit. Cuius ratio est, quia potest habet rationem principii effectuui, ut pater ex eius distinctione, qd est principium transmutandi, cui ergo non potest communicari qd sit principium omnium, illi non potest communicari qd habeat potentiam respectu omnium, sed anima Christi, vel cuiuscumque creature non potest comunicari qd sit principium omnium, quia hoc est proprium Dei, & secundum fidem, & secundum Philosophos: ergo ipsi non potuit comunicari qd haberet potentiam respectu omnium. Hec autem sola est omnipotentia, quare &c. Hoc etiam modo loquendo de potentia non video qd in anima Christi fuerit alia potentia naturalis, qd in ceteris hominibus perfecta. Cuius ratio est, quia potentia naturalis sequitur naturam in qua fundatur. Cum igitur natura animae Christi fuerit eiudem rationis cum ceteris animalibus, consequens est qd potentia naturalis in ipso & in ceteris animalibus fuerit eiudem rationis. Et ideo quantum fuit ex iis naturae anima Christi non habuit maiorem potentiam in immutatione proprii corporis, qd ceteri homines bene dispositi vel si maiorem habuerit (quia forte fuit melius complexionatus) talis maioritas non fuit secundum formam specificam, sed secundum intentionem in eadem specie. Si autem anima Christi ex virtute propria & naturali non habuit potentiam transmutandi corpus proprium, nisi secundum ordinem naturae, multominus habuit potestatem transmutandi naturam miraculose, seu transmutatione, quae est ex nihilo, vel in nihilo. Non solum autem anima Christi non habuit naturale potentiam hoc faciendo, sed nec supernaturale sibi inherenterem, per quam hoc facere posset. Quia omnis potentia supernaturalis data est Christo, vel perficiebat corpus eius ad actus corporales, vel animarum ad actus animae soli, vel ad actus corporis mediantibus actibus animae: non enim potest dici quod perfectio animae sit immediata ad actus

Sancto Porciano

corporis, cum eiudem sit potentia cuius est actus. Nulla autem potestia viderur data fuisse Christo quoad corpus ad secundos actus, quia vt patet in sequenti dist. qu. i. Christus per defectus corporis quos assumpsit, manifestavit se esse verum hominem, sicut per miracula manifestavit se esse verum Deum: ergo omnia miracula que fecit attribuenda sunt virtuti diuina, sicut omnes defectus quos habuit sunt referendi ad corpus. Et sic loquitur ipsemet Christus de miraculis suis Ioan. 5, dicens, Pater meus usque modo operatur, & ego operor: & Ioan. 10. Opera quae ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me: illud inquam testimonium quod subditur, Pater & ego unum sumus. Et infra in eodem dicit, Si non vultis militare, operibus credite, ut cognoscatis, quia ego in parte, & pater in me est, & i. cap. eiusdem dicitur, Pater in me manens ipse facit opera.

8 Ex quibus clarè patet quod Christus faciebat miracula, & cetera opera quae sunt supra cursum naturae per virtutem diuinam, per quam est unum cum patre, & non per aliquam virtutem crearam sibi datam supernaturaliter perficiens ipsum ad huiusmodi actus. De claritate autem transfigurationis, & de ambulatione super aquas, per quam virtutem fuerint in Christo, dicitur infra. In Christo autem fuit aliquod donum supernaturalis, imo plura perficiencia anima eius ad actus proprios, qui sunt recte intelligentia, & bene velle, & ad actus corporales meritorios ex prioribus actibus imperatos. Ad actus autem supernaturales, puta ad transmutandum creaturam super ordinem naturae, nequaquam propter eandem rationem quae prius facta est, quia illa quae Christus fecit, supra homines fecit ad ostensionem sue dignitatis. Et ideo in ipso inquantum homo, non fuit aliqua virtus ad faciendum aliquid exterius usque modum humanum, quamquam ad actus interiores perficiences personam in se habuerit multa dona super homines: pater ergo quid est sentiendum de potentia animae Christi, quae est in ipsa formaliter secundum se, sive sit naturalis, sive supernaturalis.

9 Si autem loquamus de potentia animae Christi non perficiens ipsam formaliter, sed solum assistente, secundum quod dicimus posse ea, quae per amicos possumus. Sic dicendum qd anima Christi habuit potentiam ad omnes mutationes miraculandas ordinabiles ad finem & fidem incarnationis. Cuius ratio est, quia sicut dictum fuit in praedictis, d. i. q. i. cui coperit primò docere ea quae sunt supra rationem humana competit habere potentiam facienda opera supernaturalia talem doctrinam confirmationis. Sed Christus coperiebat tanquam primo & principali doctori docere ea quae sunt supra naturalem rationem, maximè, quae pertinent ad salutem hominum, quae est finis incarnationis: ergo ipsi competebat habere potentiam faciendi opera supernaturalia talera doctrinam confirmationis. Hanc autem potentiam non habuit sibi formaliter inherenterem, ut probatum est, sed habuit sibi assistente, quatenus diuina virtus operatur talia, que confirmabant doctrinam humanam. Inter autem huiusmodi opera non continentur transmutationes omnium creaturarum ex nihilo in aliquid, vel ex aliquo in nihilo, quoniam virtus diuina humanitati Christi assistens posset tales transmutationes facere. Tum quia iste transmutationes latuerunt. Non enim potest sciri per certitudinem de aliquo de novo produceto, an esset productum de nihilo, an ex preexistente materia. Et similiter de eo quod definit, an sit corruptum, an adnihilarum. Tum quia per alias transmutationes miraculosas satis fuit Christi deitas declarata.

10 A D primum arg. dicendum qd omnis potestas dicatur fuisse data Christo homini ratione vniuersitatis, quia ille homo omnia poterat, non tamen inquantum homo, sed inquantum Deus. Et licet hanc potestatem Christus habuerit hoc modo ab instanti sua conceptionis, quia ex tunc fuit homo & Deus: tamen post resurrectionem magis innotuit hominibus. Ideo tunc dicitur fuisse data, modo quo res omnes dicuntur fieri quando innotescunt.

11 Ad secundum dicendum quod gratia virtutum & miraculorum fuit data Christo secundum quod homo, & cuius cuncti alii sancti, non vt propria virtute sibi inherente facerent miracula, sed per diuinam virtutem sibi assistenter,

Lb. III. Distinctio. XV.

& doctrinam eorum confirmantem, vel orationi & pre-
cibus eorum condescendentem.

12 Ad tertium dicendum est qd Christo non est communica-
ta omnis scientia simpliciter, sicut nec omnis potentia.
Non enim anima Christi scit quod Deus scit simpliciter no-
titia, saltem quoad infinita individua, quae Deus potest
facere. Et si sciueret, non tamen propter hoc scientia eius
fuerit infinita intensius, sicut non est infinita ex eo qd cog-
noicit essentiam infinitam, scilicet diuinam. Si autem haberet
omnipotentiam, illa necessaria esset & que infinita, sicut po-
tentia diuina. Cuius ratio est, quia potentia habet ratione
principi, respectu possibilium. Et quia omnis perfectio que
est in principiato, est eminenti modo in principio ideo
potentia que est respectu omnium possibilium, necessaria ha-
bet omnem perfectionem possibilem eminenti modo quo
potest haberi: propter quod nulla potentia potest esse ma-
ior ea, vel perfectione. Scientia autem de natura sua non habet
rationem principi respectu possibilium. Et ideo non oportet
qd habens scientiam omnium habeat perfectionem omnium,
nec perfectionem omnium scientiarum, nisi quoad numerum scien-
tiae, sed non quoad intentionem que magis se teneret ex par-
te scientiae, qd ex parte scibili, quia qui habet perfectiorem
potentiam cognitum, perfectius cognoscit aliquam rem,
propter quod magis repugnat creature omnipotenti, per
quam aequaliter Deo non folum quoad numerum possi-
bilium, sed etiam quod ad perfectionem potentie, qd omnis sci-
entiae, per quam si creatura aequaliter Deo quoad numerum
scibili, non tamen quoad perfectionem scientiae.

Sententia huius distinctionis, X V.

in generali & speciali.

I Llud quoq pratermittendum non est. Superioris deter-
minavit Magister de his quae Christus cum natura hu-
mana assumpsit ad dignitatem pertinet. Hic determinat
de quibusdam assumptionibus ab eo, quae pertinent ad defectum.
Et dividitur in duas. Primo determinat de defectibus
quos Christus cum natura humana assumpsit. Secundo de
modo quo huiusmodi defectus in Christo fuerunt. 16. di-
ibi, hic oritur questio. Prima est principialis questionis. Et
divideatur in tres. Primo ostendit qd Christus aliquos defe-
ctus cum natura humana assumpsit. Secundum ostendit qua-
si assumptionis causa ibi, hos autem defectus. Tertio exclu-
dit errorum ibi, sed quia nonnulli. Prima in tre, quia pri-
mo ostendit qd Christus accepit defectus penitentia, non culpa.
Et secundum qd non accepit omnes defectus penitentia, ibi sus-
cepto a deo. Tertio probat hoc ibi, Sed forte aliquis dicet.
Tertia pars que incipit ibi, Sed quia nonnulli, dividitur in
tres. Quia primo ponit veritatem & probat. Secundum op-
ponit in contrarium ibi, quod dā tamen reperiuntur. Ter-
tio solvit ibi, ne autem in sacris. Haec est divisio, &c.

2 IN speciali sic procedit. Et proponit primo qd filius
Dei naturam humana assumpsit passibilem, tam secundum
animam qd secundum corpus: & ut probaretur habere ve-
rum corpus, & veram animam accepit defectus corporis, vt
fame, siti, & huiusmodi; & defectus animi, vt tristitia,
dolor & huiusmodi. Declarat autem per autoritates Aug.
quomodo aliquid dictorum defectuum dicuntur esse animae.
Et dicit postea qd Christus assumpsit defectus penitentia, non
culpa. Non omnes defectus penitentia, sed illos quos ad salu-
tem pro redemptione hominis congruebat assumere, &
qui sue dignitatem non derogarent: & sic assumpsit simillam
nostram vestitutem, vt nobis infunderet suam nouitatem &
nostram duplam consumeneret vestitutem, scilicet culpam & po-
nit. Postea dicit qd si in scriptura reperitur quod Christus
Deus infirmitates nostras supererit prater peccatum, intel-
ligendum est de illis defectibus qui sunt non derogant di-
gnitati. Non enim assumpsit ignorantiam, que tamen non
semper est peccati: nec accepit difficultatem ad bene ope-
radum, que sunt quidam defectus. Et postea probat hoc per
Aug. qui dicit qd Deus potuisset homini in naturalibus
constituere communicare predictos defectus abesse culpa.
Deinde subdit quod aliqui sunt defectus pure penitentiales,
quos Christus non assumpsit, quia non coelestunt tota
speciem, sicut sunt corporis & gratitudines, & vita, & febris
& cæsitas, & familia: ex quo concludit qd Christus assum-
psit illos defectus qui ei congruebant, & eos non contraxit
ex necessitate naturae, sed voluntate assumpsit ad opus re-
demptionis nostrae. Postea dicit qd quidam heretici nega-

Quæstio I.

239

uerunt Christum assumptum humanam naturam & passibili-
lem. Cuius oppositum tamen primò probat per autoritates
euangelii, & sanctorum: deinde arguit ad oppositum per
quedam dicta Aug. qd Christus non videtur timuisse, nec
tristitia habuisse. Et quod dicitur in Euang. qd ipse timuit,
vel tristitus fuit, non intelligitur de Christo, sed de mem-
bris eius. Ad hoc respondet tripliciter. Primo quod non
habuit timorem, vel tristitiam inheretem, sed voluntariæ
assumptionis. Secundò quia non habuit ista per modum
passionis, sed propassionis. Tertiò, quia non habuit cau-
sam timoris vel tristitiae, hoc est, peccatum, sicut nos habe-
mus. Et declarat quid est passio, & propassio, quia passio
perturbat rationem. Propassio vero non Postea obicit
per Hylarium, cuius verba longa ponit, & postea expos-
nit, vt pater in litera. Et in hoc terminatur, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum Christus debuerit assumere naturam hu-
manam cum defectibus corporalibus.

Tho. 3. q. 14.

C irca distinctionem istam queritur de defectibus quos
Christus cum natura humana assumpsit. Et primò de
defectibus corporis, vtrum scilicet Christus debuit as-
sumere naturam humanam cum defectibus corporalibus,
& videatur quod non. Quia persona non debetur nisi culpa,
sed in Christo non fuit aliqua culpa, nec originalis ut pa-
tit supra, nec actualis secundum illud Pet. 2. Qui pecca-
tum non fecit, ergo nec defectus corporales cum sint pa-
rales debuerunt esse in eo.

2 Item illud non debuit esse in Christo quod praestabat
impeditum fidei incarnationis, sed per huiusmodi de-
fectus praestabatur maximum impedimentum fidei incar-
nationis, ergo tales defectus non debuerunt esse in Chri-
sto. Minus probatur primò quia per huiusmodi defectus
corporales homines impediabantur ab eius cognitione
secundum illud Esa. 52. Vidimus eum & non erat affectus
& desiderium eius despectum & nouissimum virorum,
virum dolorum & scientem infirmitatem, sequitur unde
non reputamus eum. Secundò quia desiderium sanctorum
patrum de eius aduentu non videbatur completum.
Cum in persona eorum dicatur Esa. 51. Confluge confluge
inducere fortitudinem brachium domini. Tertiò, quia
venerant ad diabolum vincendam, vincere autem est opus
fortitudinis non infirmitatis, quare &c.

3 IN contrarium arguitur primò per illud quod ha-
bitur Heb. 2. Quod debuit per omnia fratibus assimila-
ri, sed in nobis sunt multi defectus corporales, ergo omnes
illos defectus debuit assumere.

4 Secundò quia Damas. dicit quod illud quod est in-
assumptionib; est miraculus, sed Christus venit ut curaret
omnes defectus nostros, ergo omnes illos debuit assu-
mere.

5 R E S P O N S I O. Circa questionem istam viden-
da sunt tria. Primum est an Christus debuerit naturam hu-
manam assumere cum defectibus corporalibus. Secundum est
supposito quod sic, vtrum cum omnibus vel solum cum
quibusdam. Tertium est vtrum illos defectus contraxit,
vel sponte assumperit.

6 Q V A N T U M ad primum dicendum est quod
Christus debuit assumere naturam humanam cum defec-
tibus corporalibus quod patet tripliciter. Primo ex fide
incarnationis sic, ad hoc Christus assumpsit naturam hu-
manam ut pro peccatis nostris satisfaceret & nos redime-
ret, sed hoc non poterat fieri nisi assumpsisset naturam
humana cum defectibus corporalibus, igitur, &c. Mi-
nor probatur, quia satisfactio fit per opera penitentia.
Sed corpus quod non subiacebat defectibus non est sub-
iectum penitentiae, ergo si Christus assumpsisset corpus sine
defectibus corporalibus non potuisset pro nobis satis-
facere. Secundò pater idem ex fide incarnationis que est
necessaria ad salutem, & ideo debuit per Christum in no-
bis adificari, sed si Christus naturam humanam assum-
psisset sine defectibus corporalibus magis destruxisset in
nobis fidem incarnationis quam abstraxisset, quia natu-
ra humana non est nobis nota nisi prout subiaceat talibus
defectibus, ergo decuit quod Christus naturam nostram
assumeret cum talibus defectibus. Tertiò quia decuit
quod